qta pma stella Cū sanguine nō timet
mori sz magis acuit in plū sicut legit. pmo
Adach. vi. Et brā vgo viso sanguie filij effu-
so in cruce mori cū ipō nō timuit sed magis
optauit. z si aiā ipō nō posuit tñ z quod
potuit libēter fecit

Sexta stella siue sextus lapis. xii
corone beate virginis est sardius

Sardius sextus san-

guinei coloris vnicolor martirij
gliam significat. Sext⁹. qz sexta fe-
ria crucifixus est xps. Cū sardi⁹ rubeer-
re habēs spēm signat sanctos q licet cū men-
tis sublimes sint itellectu. nō fragilitatis sue
recordant attendētes se filios ade. qui rubra
terra dicit q sexta die fact⁹ est. vñ z sardi⁹ sext⁹
inducit. Et qz terra. i. peccatores terrena sa-
piētes. p xpm quē maria genuit feria sexta ē
mūdāta. nō incōgrue maria p terrā est desi-
gnata Maria terra qz diuersis florib⁹. i.
virtutib⁹ picturata Un Gen. ij. Fons ascēde-
bat de terra irrigās vniuersam supficiē tre.
Supficies terre. i. dignitas terre paradisi. id ē.
ecclie. beata vgo picturata z ornata diuersis
imo vniuersis virtutib⁹ velut terra floribus.
Un dicit. Circūamicta varietatib⁹. Quia

diuersis herbarum medicinalium generibus vesti-
ta. Nam ipsi humilitas exemplo medicinat super-
bia. paupertas et largitas cupiditatem et auari-
ciam. uirginitas luxuriam. benignitas odium et
ira. et sic de alijs. Et sic in floribus intelligitur or-
natus uirtutum quo ad ipsam. in herbis effectus
uirtutum quo ad homines. Quia infimum elemē-
tum. et hoc per summam et profundam humilitatem iuxta
documentum sapientis Ecclesi. iij. Quanto ma-
gnus es humilia te in omnibus et coram deo inue-
nies gratiam. Et hoc optime impletum est in maria.
Item iuxta illud Ezech. xxxij. Quo pulcrior
es descende. Quia calcabile elemētum et hoc per
obedientiam. Unde dicit. Ecce ancilla domini. Ancille ei
est obedire. Quasi dicitur. Quidquid ei placu-
erit faciat de ancilla sua. Vel quasi calcabile se-
perbuit per summam patientiam. Unde potuit dicere.
Conculcauerunt me. scilicet in filio meo inimici mei
tota die passionis. Quia subundum elemē-
tum. et hoc per gratie desiderium. Unde de christo dicitur
Isa. liij. Ascendet sicut radix de terra sitiens. scilicet
maria. Quia alicubi plana per mansuetudi-
nem uel iusticiam. Et alicubi motuosa per suam ex-
cellentiam. Et alicubi conuallesca per duplicem hu-
militatem. Et alicubi capestris per charitatem. que in
campis crescunt communia sunt. Et immobilis
semel se tota. Ecclesi. i. Terra in eternum stat per con-
stantiam. Quia ex attritione multiplici red-
ditur solidior. quo enim magis impulsus est in
filij passione eo firmiter stetit. Unde Job. xix
Stabat iuxta crucem iesu christi. Ideo dicit ei spiritus
sanctus Cant. viij. Statura tua assimilata est pal-
me. Quia omne edificium in terra fundatur.
Sic quidquid boni facere volumus in ipsa
fundare debemus per fidem incarnationis
cuius fuit ministra. et eorum que ad ipsam
pertinent. Unde ipsa dicit. In me omnis
spes uite et uirtutis. Quia cadentes suscipit
et ipsos adiuuat ad surgendum. Quo ad pri-
mum dicit de seruo eius. Cum ceciderit non collide-
tur. quia supponit manum suam. Quo ad secundum.
Apoc. xij. Et adiuuit terra. scilicet maria mulierem
id est animam fidelem. Ideo sic oranda est iugiter
Succurre cadenti surgere que curat populo. Quia
nobis interponit et abisso quia nobis subtracta
sicut thare datan et abyron. Nam. xvij. statim
descendimus in infernum uiuentes. Sic subtra-

cto nobis adiutorio marie statim labimur
in peccatum et inde in infernum. Quia fere quod
quod uiuit uiuit de terra. sic et quod quod uiuit per gra-
tiam per mariam uiuit que genuit uitam. Ideo ipsa
dicit. In me gratia omnis uite. Quia deter-
ra tollit aurum et argentum quo redimuntur cap-
turi. Et ipsa peperit illum que est redemptio animarum
nostrarum. Nam ipsa est terra euulata ubi nascitur
aurum optimum. scilicet caro christi que de ea nata est et for-
mata. Et ibi inuenitur bdellium et lapis onichis-
nus. scilicet anima christi et deitas. Quia detractabilis
terra formantur quedam uasa ad diuersos usus
necessaria. Et de substantia carnis eius formatus
est uas corporis dominici. in quo uale nobis a pa-
tre transmissum est illud electuarium que sanatum
est genus humanum. Quia de terra oriuntur
flores et herbe aromance spes et radices. ex quibus
conficiuntur medicine. Ecclesi. xxxviij. Altissimus
creauit de terra medicinam. Et de ipsa
nata sunt membra saluatoris quibus per trinitatem in
cruce sanatum est genus humanum a peccato
ne primorum parentum.

Septima stella siue septimus lapis
duodecime corone beate uirgis
est crisolitus

Crisolitus aureum

fulgorem habet. et uidetur scintillas ar-
dentes emittere. scilicet spiritualis inter mi-
racula predicatio. Quia supra sapientiam. scintillas
quas emittit exhortationes uel miracula que
ad amorem dei et primi accendunt significant.
Quod quia per spiritum sanctum sit septimo loco ponitur.
Unde etiam crisolitus dicitur. quia fulget ut au-
rum. Quia igitur per exhortationes et miracula beate
uirginis ad amorem dei accendimur. ideo merito
ipsa crisolitus in corona sua portat. et per hoc a quo
ducitur nominatur. Unde dicitur Ecclesi. xxiiij. Quasi
aque ductus exiit a paradiso. A duplici enim pa-
radiso exiit hic aque ductus. A patre scilicet que est
paradisus celestis exiit per creationem et recreati-
onem. a qua nobis attulit aquam uitam. scilicet christum de-
um et hominem. A paradiso terrestri hinc est ab eccle-
sia militante exiit per mortem corporis directa in ce-
lum uelut quedam aque ductus. aquas miseriarum et
tribulationum totius generis humani illuc ducens
filio eas exponens et pro eis intercedens.

Septima stella duodecime corone

Maria aqueductus longissimus, excellentia meritoz, q̄ aquarū q̄ sup celos sunt fontē potuit attingere vt hauriret sup angelos quaz refunderet hoib⁹ aquā viuā. Beat⁹ Bern⁹. Idcirco tāto tpe defuerūt hoib⁹ fluēta grāz qz nondū intercesserat aq̄duct⁹. Integerim⁹ p̄ inuolatā fidē. M̄dū dūssim⁹ p̄ v̄ginitatē z omnimodā castitatē. Occult⁹ p̄ solitudinis dilectionē. Cōcau⁹ p̄ verā hūilitatem. Fusilis p̄ pietatē. Secūdans .i. abūdans aq̄s p̄ grāz plenitudinē. Rotūd⁹ p̄ sensuū custodiā. M̄o plūbeus s̄z magis aure⁹ p̄ regiā nobilitatē z eximiā charitatem.

Idcirco hūc aq̄ductū venit x̄ps ad nos occultat⁹ in vtero v̄ginali vt mysteriū diabolo celaret. Un̄ d̄z Isa. xlv. Cre tu es de⁹ abicōditus. Idcirco hūc etiā aq̄ductū q̄ de fonte supradicto haurit assidue influit vinū cōpunctionis leticie z deuotōis in cellariū nostre mētis. Et nota q̄ dicit q̄si aq̄duct⁹ exiit a paradiso .i. a sancta trinitate q̄ est loc⁹ tot⁹ voluptatis. Exiit inq̄z p̄ creationē. Un̄. Ab initio z añ secula creata sūt. Exiit aut̄ q̄si aq̄duct⁹ .i. p̄ meat⁹ subterraneos. p̄ patres. s. veteris testamētī q̄ dediti erāt terrenis Isa. xi. Egrediet̄ v̄ga de radice yesse. p̄pter h̄ d̄z de ea. Sic lilū inter spinas. qz ip̄a celestis exiit de terra. S̄z ad q̄d Ad irrigandū oriū dñi. id est. ecclesiam z fidelē aiām. Bigat aut̄ hūc oriū aqua triplici. Doctrinē vt purget ab errorib⁹. Un̄ dicit. Qui bibūt me adhuc sint̄ veritatē. Gratia vt ornet̄ florib⁹ z fructib⁹ v̄tutū. Un̄ dicit. Trāsite ad me z a generatōnib⁹ meis implemī. Tribulationū vt omis plātatio quā nō plantauit pater eradiceatur. Matth. xv. Et vt omis palmes fructificās purget vt pl⁹ afferat fructū Jo. xv. Bigat aut̄ aq̄s tribulationū q̄n mittit disciplinā sicut lucē vt veratio ei⁹ det intellectū Isa. xxv. Cui⁹ discipline ita est ip̄a exēplar. Et qz nihil valet oriū rigatio nisi tpe solis ardore. p̄mittit q̄ ardore solis iusticie t̄pabit s̄bdēs. Et inebriabo part⁹ mei fructū. fruct⁹ ptus est fili⁹ q̄ dicit̄ fruct⁹ q̄a reficit. z q̄a toto se cibabat animā. qz tot⁹ est desiderabilis. Cant. v. Est enī māna de celo veniēs. Ero. xvi. Idcirco mis omnis delectamētī Sap. xvi. Fructū di-

cut part⁹ vt notet̄ singlaris part⁹ v̄ginis. q̄a ptus v̄ginis fructū habuit nō damnū. delectationē nō dolorē. Eva aut̄ pepit cū dolore z dāno pprie substātie. Hic est aqueductus de quo legit̄ Judith. vii. quē p̄cepit holofernes incidī. qz p̄ illū influebat fons q̄dā i ciuitatē bethulie pte australi. Bethulia interpretat̄ dom⁹ dolēs domino qd̄ facit ecclesia in penitentib⁹. Vel dom⁹ parturiēs dñm qd̄ facit in p̄sistentib⁹ Isa. xxvi. A timore tuo zc. Maria vero aq̄duct⁹ q̄ fluūt in ecclesiam et fidelē aiām dona gratiarū quē diabol⁹ incidere conat̄ cū ei⁹ auxiliū nobis auferre nititur sed nihil p̄ficat. qz iō dat⁹ est nobis h̄ aq̄ductus vt ad omnes vsus necessarios aque gratiarū q̄ nobis deerant per ipsam largissime nobis largiantur.

Octaua stella siue octauus lapis duodecime corone beate virginis ē berillus.

Berillus. Octauus

Berillus est predicatiū operatio. lucet vt aq̄ sole percussa. T̄rit etiā manū tenēs. qz qui sancto iungit̄ ei⁹ conuersatione accendit. Dicunt z alij q̄a bicolor est viridis z pallens significat sanctos in contemplatiōe positos virides. sed cura t̄rene amministrationis ad pallozē actiue vite redeuntes. Qz igit̄ beata virgo i vira qz vita scz actiua z cōtemplatiua p̄fecta extitit. merito berillum in sua corona recipit. vnde z thron⁹ iure dicit̄ Be q. iii. Regū. x. ita scribit̄. Fecit sibi rex salomon thronū de eboze grandē zc. Idcirco dicit̄ eburnea. secūdo dicit̄ thron⁹ grandis.

Maria eburnea qz ebur est os elephātis durū. qz fuit impenetrabilis omnib⁹ iaculi inimicis z faciē suam posuit vt petrā durissimā in filij passione. Durā ad damna. duriorē ad verba. durissimā ad verbera que patiebāt in filio flagellato. Frigidū qz sine inuentuō p̄cupiscenne. Cū enim alie mulieres vniuerse in calore cōcipiant. ip̄a i sp̄ritu sancti obūbratione z refrigerio p̄cepit. virginittatis gl̄ia p̄manēte. Solidū. z ip̄a solida p̄ virginittatis p̄positū a quo nunq̄m

nutavit. Et ideo quod quis pareret tamen dicitur porta clausa Ezech. xliij. Vel hec soliditas est animi constantia in bono. Candidum ut candor referat ad sanctificationem. vel candidum interius innocentiam et animi puritatem. exterius profectissimam castitatem. Lucidum bonorum exemplorum diffusionem portantium intuentes iuxta preceptum filii. Math. v. dicetis. Luceat lux vestra. bonis. Rubicundum ex vetustate. Unde Trem. iij. Rubicundiores eboze antiqua. Per hunc ruborem potest signari marie charitas vel martyrium cordis eius quod passa est propter charitatem cum alij martyres passi fuerunt propter fidem. Et hoc martyrium quo sic facta est rubicunda. Passa est enim cum iam esset quasi. xlvij. annorum ut creditur. et huiusmodi etas vergit in antiquitatem. Forte et robustus. Et ipsa est mulier fortis quesita a Salomone sed inuenta a christo et ab ipso gabriele Durabile propter perseverantiam in omni gratia et virtute. quia non defecit fides eius in passione filii. licet tunc deficeret omnis sanctus. Proverbia. in fi. Non extinguetur in nocte digne sepulture lucerna eius. id est. fides

Maria thronus grandis. Ubi notandum. quod quidam licet sint casti superbi tamen sunt vel austeri. virtutem unam habentes sine alia. si hoc sit possibile. et tales non throni grades. Sed beata virgo virtutes singulas habens in suplativo sola inuenta est et facta a deo thronus gradis. Iohannes dicit. fecit sibi rex salomon thronum de eboze gemadem. Maria thronus grandis materie preciositate. quia fabricata ex auro et eboze. quod utrumque preciosum valde. Artificiose. quia non est factum tale opus in universis regnis. scilicet. celestium. terrestrium et infernorum. Iohannes dicit. Durabilitatis eternitate. Unde. Thronus tuus deus in seculum seculi. Hebr. j. In sedentis maiestate. quia quod incircumscribibilis erat secundum deitatem ibi voluit circumscribi per assumptam humanitatem. Propter hoc canitur ipsi marie. Que totum non capit orbis in tua seclau. visc. factus homo Gigante quantitate receptibilitate. Christus enim dicitur gigas gemine substantie. quem tamen in suo virginali clausit gremio

Speciali presidentis dignitate. quia thronus hunc fecit sibi rex Salomon sicut supradictum est. Claritatis imensitate. quia factus de au

ro fuluo nimis. quod est coloris optimi et fulgoris eximii. ps. Thronus eius sicut sol in conspectu meo semper. Justissimi iudicis auctoritate. Unde dicitur illi. Sedes super thronum qui iudicas iustitiam. Et hoc pertinet ad mariam. quia in humanitate quam assumpsit ex ea in iudicio apparebit. Unde ipse dicit Iohannis quanto. Iudex non iudicat quemquam. sed potestatem dedit filio iudicium facere. quia filius hominis est. Summe dignitatis ineffabilitate. quia in hoc throno insigni summus imperator leges clementie sue perpetuo roboravit. Medicinalitate. Unde factus est ex eboze et auro. quod utrumque medicinale est. Beneficiorum innumeritate. Ideo dicitur ad hebreos. iij. Ad eam cum fiducia ad thronum gratie ut misericordiam consequamur in tempore oportuno

Nonna stella siue nonus lapis duodecime corone beate virginis est topasius.

Topasius nonus

quo rariores eo preciosiores. et habet duos colores. ex auro et etherea claritate. maxime lucens cum splendore solis tangit. superans omnium gemmarum claritates. in conspectu sui singulariter provocans aspicientes. Quasi plures polis obscuras. si nature relinquas clarior est. et nihil est carius regibus inter divitias. Contemplativa vita signat quam sancti reges omnibus operum divitiis et gemis virtutum preferunt. et in eam marie aspectus suos dirigunt. et tanto amplius quanto frequenter divitia illustrant gratiam. Ex interna caritate color aureus. ex dulcedine contemplationis color ethereus. Que ex attritu seculi seculi obscure scit. Uix enim potest quod doloribus attingi et tranquilla mente celi gaudia intueri. Et si polis quasi si dignitatibus seculi honores eos et ornas obscuras. quia contemplationi minus vacat vel minoris meriti sunt. et sic in octavo activa vita. sic in nono contemplativa que est angelorum que sunt nove ordines. Dicitur quodam quod omnium lapidum colores. vnde et nomen habet. quia pan. i. o. e. et inveniunt in insula egypti topazion. significat sanctos omnibus coloribus virtutum fulgidos. et precipue b. virginem que

Decima stella duodecime corone

oēs sanctos in colore et fulgore ancillit. vñd
ipa auro ppat. nā auz pulcerrimū metallo
rū. cetera metalla cetera v̄gines v̄t ceteri sc̄ti.
de qb̄ format dñs vasa gl̄ie q̄s oēs colorat
et insignit pulcritudo v̄tutū marie. Vñ thro
nus salomonis d̄r vestit⁹ fuisse auro mun
dissimo. Et ponit suplatiu⁹ grad⁹ q̄ optime
pvenit beate v̄gini. Est enī auz mūdū care
re peccato mortali. Est mūdū carere venia
li. si tñ aliquādiu fieri possit. Licet eī in ba
ptismo remittant oīa peccata. nemo tamen
vivit sine veniali q̄ nemo mūdus a sorde.

Adūdissimū aurū est carere fomite peccati
q̄o null⁹ habuit p̄ter beatā virginē Mariā
Vñ congrue ei attribuit suplatiu⁹ ḡdus
Maria auz d̄r. Aurū ab aura. hoc est a
splendore. eo q̄ repcussio aere pl⁹ fulgeat. Na
turale est enī vt metalloꝝ splendor pl⁹ fulge
at luce alia repcussus. Clay p̄ celestē sapi
entiam q̄ clara est et nūq̄ marcescet. et facile
videt ab his q̄ diligūt illam. Sapientie. vij.

Fulgidū p̄ exemplū. q̄ non solū homines
sed et angelos irradiat. i. Mach. vi. Refulsit
sol sc̄z diuinitatis in clypeos aureos. Clipei
isti xp̄us et Maria q̄ protegūt fideles ecclie
et resplenduerūt montes ab eis. i. angeli et iu
sti. Durū p̄ immunitatē peccati. Nec sor
des colligit ex immūdo loco si ibi ponat. sic
nec maria q̄ nata est ex iudeis. q̄ sicut spina
rosam genuit. iudea Mariā. Rubicūdū
et Maria rubicūda p̄ verecundiā v̄ginalē
pulcritudinē naturalē. patiā singlarem. i.
tētissimā charitatē. Quere supra de rosa.
Et q̄ maria in his et alijs v̄niuersis v̄tutib⁹
p̄cellerat oī sancto. iō p̄ciosior coram deo.

Adonderosissimū p̄ murosam būlitatez.
et aureā gravitatē. Qd̄ apparuit in anglica
salutatōe q̄n ad p̄missum angeli non se mo
uit appposito suo et statu dicēs. Quō fiet istd̄
et nominās se ancillā. Solidū. p̄ mentis
p̄stantiā in bono. qd̄ apparuit in filij passiōe
vbi nec irritauit aliquem nec potuit irritari
aut puocari ad irā. Sicut i filij sepultura q̄n
nunq̄ desperauit nec dubitauit de ei⁹ resur
rectione sicut fecerūt discipuli. Tractabi
le et ducile p̄ obedientiā q̄ notat ibi. Ecce an
cilla dñi. q. d. Quidq̄ ei placuerit faciat de

ancilla sua. Ecce tractabilitas. Preciosū
cui⁹ precii christ⁹. Vñ p̄rouer. in fi. p̄d̄oꝝ
cul et de plumis finib⁹ precii ei⁹. vbi fines ce
li celoꝝ. Impuribile p̄ luxuriā q̄ ad car
nem. per inuidiā q̄ ad mentē. et quia corpus
eius non fuit resolutū. Non eruginat per
maliciā. Vnde dicit ei. Virgo singlaris
inter omnes mitis. Percussum nō mur
murat sicut es. In hoc signat virginis pati
entia in filij passiōe. Qualē enim se exhibu
it agn⁹. id est. filius qui coram tondentibus
se et percutientib⁹ obmutuit. talē se exhibuit
mater agni zc.

Decima stella siue decimus lapis
duodecime corone beate virginis
est chrisopassus

Chrisopassus in

c dia nascit viridis auree q̄ mixture.

Quidā etiam purpure⁹ cū guttis
aureis significat eos qui viroꝝ eterne patrie
charitate merentur. et aliam purpurā mar
tyrij ostendunt. Et quia exemplū domini se
quuntur in india. id est. prope oriū solis sunt.
et cū christo regnare expectant. In denario
numero sunt. et decalog⁹ implebit per dile
ctionem q̄ nō finit. Igitur in chrisopasso op⁹
martyrij signat et premiū. Crison auz. pas
sos portū dicit. Quia igitur beata virgo mar
tyriū mentis quod graui⁹ est martyrio cor
poris in passiōe dñi patienter passa est. nō
dubiū quin etiam premiū et coronā martij
in regno celoꝝ possideat. quia iam ad festū
eternitatis transiit. et ad cenam agni feliciter
vocata est. In qua cena duo fercula appo
nunt scilicet mel et lac. Mel signat dulcedi
nem de cognitione diuinitatis. quia mel de
scendit ex aere siue roze celesti. Lac gaudiū
de cognitione dñice incarnationis in virgi
ne. quia lac de carne procedit zc. In hac
iterū cena duodecim fercula que notantur
Benef. xxvij. in benedictione Jacob. vbi di
citur ei ab Isaac. Det tibi de⁹ de roze celi et
de pinguedine terre abundantiam zc. Fer
cula cene duodecim. Ros refrigeriū. et p̄tes
tioꝝ tra estū tribulatōnū. Vñ. Trāsiuim⁹
p̄ ignē et aquā et eduxisti nos in refrigerium

Induedo terre. stabilitas et firmitas in bono. quia inter elementa firmior est terra quam eternum stat. Eccles. i. **I**te. Qui fundasti terram id est. ecclesiam frumentum. omnis defectus suppletio et amotio. Apoc. viij. non esuriet. **U**num obliuio omnium miseriarum. Proverb. xxxi. Bate siceram. usque bibat et obliuiscantur egestatis sue et doloris sui non recordentur amplius. **I**sa. lxx. Obluioni traditi sunt angustie portus. **O**leum. gaudium ineffabile. **U**nde Et ut exultaret faciem in oleo. **O**blequium impensum ab omni creatura quam seruiet eorum voluntati. **U**ni. Seruiat tibi populi. **U**ni. Euge serue. usque supra multa te constitua. **H**onor. **U**ni adoraret te tribus. Sap. v. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. et inter sanctos sors illorum est. **I**te. Gloria et honore coronasti eum. **P**articipatio omnium bonorum. **U**ni. Esto dominus fratrum tuorum. **M**an sicut lucet sole omnes participat lucem sine diminutione et preiudicio alicui. ita quilibet sanctus participat gaudium alteri. **Q**uod orat psalmus. **P**articipem me fac deus omnium timentium te. **O**mnium rex dominum. **U**ni. et incuruent ante te filij matris tue. psalmus. **D**ia subiecisti sub pedibus eius. **V**indicta inimicorum. **U**nde Qui maledixerit tibi. sit ille maledictus. psalmus. **L**etabitur iustus cum viderit vindictam. **R**emuneratio amicorum et benefactorum. **U**ni. Et qui benedixerit tibi benedictionibus repleat. **M**atthei. x. **Q**ui potum dederit. **C**oniunctio christi et ecclesie que notat in osculo isaac. **Q**uia sic nulla est diuisio inter osculantes. sic nulla erit diuisio inter christum et ecclesiam. **D**e hoc osculo dicit sponsa. **O**sculetur me osculo oris sui. **U**inum huius cene illud est de quo **B**eate. xxxij. **S**anguinem uere bibent meracissimum. **U**na christus que nata est ex illa beatissima uirgine. gloriosa uirgine. que dicit Eccles. xxiiij. **E**go quasi uinum. **Q**ue scilicet uina pressorata est in torculari crucis. et inde eliquatum mustum nostre redemptionis. **D**e quo dicit christus. **C**alix tuus inebrians quam preclarus est. **Q**uod scilicet mustum uel sanguinem uere meracissimum modo sumimus in sacramento. et tunc sumemus ineffabili modo quam dicitur conuiuimus illud **C**an. v. **B**ibite et inebriamini charissimi. fructus huius cene. fructus ille benedictus de quo dicit **E**lizabeth **L**u. j. uirgini gloriose.

Benedictus fructus uentris tui. **H**ic fructus modo emendatus est pro bonorum operum. ut ibi charius et delicatius comeditur. **U**nde de anima bona negociante tunc dicitur. **B**ate ei de fructu manuum suarum. **P**roverb. an. si. **E**t quia beata uirgo maior et diuturnior pro domino laboribus habuit. et maiores tribulationes pro eo recepit. **E**rgo iam singulari dulcedine in illa cena reficitur.

Undecima stella siue undecimus lapis duodecime corone beate uirginis est iacinctus

Iacinctus. Unde

Iacinctus cum aere mutat. **I**n sereno perspicuus. in nubilo obscurus significat discretissimos doctores. omnibus qualitatibus. moribus. etatibus. intellectibus se comperantes. ut paulus qui dicebat. sapiam loquimur inter perfectos. **I**te. **N**on potui uobis loqui etc. **I**te. **Q**uis infirmat etc. **I**te. **O**mni- bus omnia facta sum ut omnes lucrifacerem. **U**t autem discretionem zelus et dilectionem beate uirginis plenius possis cognoscere scire debes quod ipsa dilexit sapienter dulciter et fornicem. **M**aria dilexit sapienter. id est discrete. quia rationabile fuit obsequium eius. **S**ciebat enim uirgo prudens quod honor regis iudicium diligit. id est discretionem. **E**t quod quidquid offert sacrificij sale est condendum **L**eu. ij. **I**te discrete. quia ipsa fuit uas nouum in quo missum est sal in incarnatione unigeniti dei. **E**t in sale sapientia uel discretio designat. **u**ij. **R**egum. ij. **I**te discrete. bona familiaria que ei dominus faciebat. fatue non ostendens. **E**rat enim mulier sensata et tacita. **E**ccl. xxvj. conseruans et conferens in corde suo quidquid de filio dicebat. **S**ciebat enim quod qui denudat archana amici. id est christi perdit fides. **E**ccl. xxvij. **I**te discrete. bona spiritualia que pro domino faciebat in abscondito faciens. **U**nde clausa in thalamo inuenta est ab angelo. clauso super se ostio patris sui exorans sicut dicit **B**ernardus. **I**te discrete pro omni obsequio quod domino faciebat ipsum solum in premium petens. non laudem humanam aut aliquid humanum. quia secundum **A**ugustinum. hoc fine et studio conuolens est deus ut sui cultus ipse sit merces etc.

Duodecima stella duodecime corone

Frē discrete. i. sollicite ne deū offenderet v̄bol
facto nutu aut signo. cogitatu aut desiderio
Mich. vi. Sollicit⁹ ambula cū deo tuo zc
Maria dilexit dulcē qz dulcedo genera
bat in ea ex triplici recordatiōe. misericordie
grē z glie. Misericordie q̄ eā de⁹ in sanctifi
catione eius p̄seruauit ab originali peccato
Gratie q̄ ipam impleuerat ad oēm v̄tutē et
omne op⁹ bonū. Glorie. q̄ se sperabat remu
nerandū supra meritū Quia amaritudi
nes p̄sentis seculi dulces reputabat z inūda
tiones maris q̄ si lac sugebat p̄ amore vnige
niti sui. Quia q̄dammodo dulcis visa ē
ei angustia passionis vnigeniti sui. licet enī
mēte cōpassa sit ob desiderū v̄tutis z salutē
generis humani. Un. dulce lignū dulces cla
uos. nō solū xp̄o patiētī s; z matri cōpatiētī.
que p̄ amaritudinē tormētī sciebat gen⁹ hu
manū redituz ad dulcedinē paradisi Jo. xvi.
Mulier cū parit zc Qd̄ de matre z filio pōt
intelligi. videlicet de ei⁹ morte z resurrectiōe
Maria dilexit fortit. In oī v̄tute sua euz
q̄ se fecit diligē. Eccl. vii. z p̄ter eū nihil timē
Matth. x. Nolite timere eos q̄ occidunt cor
pus zc Perfect⁹ enī timor dñi facit diligere
fortiter. Un. Prover. xiii. In timore dñi
fiducia fortitudinis zc Pro eo quanta su
bet aduersitates patiēter sustinens. iuxta il
lud Prover. xii. Qui negligit damnū pro
pter amicū. i. xp̄m fidelis est. Pro aliqua
aduersitate ab ei⁹ amore nō recedens. qz sic
dicit Prover. xvii. omni tpe. i. tā in aduer
sis qz in p̄speris diligit q̄ amic⁹ est. Pro
nulla aduersitate. nec etiā timore mortis ip
sum negans aut deserēs. sicut fecit Petrus
p̄sumptuosus. Et hoc manifeste in passiōe
apparuit qñ fugientibus discipulis stetit im
perterrita iuxta crucē Joh. xix. Timor enī
nō erat in charitate ei⁹. quoniā p̄fecte dilige
bat. i. Jo. iiii. Perfecta charitas foras mittit
timorē Quia dilectio ei⁹ fortis fuit vt mors
Cañ. vii. Quia sicut mors non moritur. sic
charitas eius nunqz excidit. Un. dicit filio
Hiere. xxxi. In charitate perpetua dilexi te.
Impletū enī est in ea illud Eccl. xiii. Omni
vita tua dilige deū. Quia si fieri posset fm
beneplacitū diuine voluntatis mori p̄ eo et

cum eo desiderauit. nec vite sue peccit p̄ dis
lectione sicut nec fili⁹. Pro eo q̄ v̄lta dixisse
sit cū David. ij. Regū. xviii. Quis mihi det
vt p̄te moriar fili mi iesu. Cū eo. qz z si aīaz
suā nō posuit p̄ redēptōne generis humani
exposuit tñ. z qd̄ potuit fecit. Et sic impleta ē
pphetia simeonis. Et tuā ipsi⁹ aīam p̄trāsū
bit gladi⁹

Duodecima stella siue duodeci
mus lapis duodecime corone beate
virgis est ametistus

Ametistus duode

a
cimus. purpure⁹ mixto colore vio
le z rose. quāsdā flammulas d̄ seef
fundens. Purpureus color significat cele
stis regni habitus. z angelice societatis prin
cipatū ad quē v̄turi sunt sancti. Viola hu
milē sanctoz verecūdiā cū odore bone opa
tionis. Rosa. p̄ciosam mortē martiz. q̄ non
modo inter se sed etiā ad inimicos z p̄secu
tores flāmas charitatis emittunt. Signifi
cat igit̄ ametistus celestis regni sp̄ memoriā
in cordib⁹ humiliū. z illā egregiā virtutē vt
etiā p̄ inimicis orēt. z de salute eozū curent.
que est virtus virtutū. Colorz varietas. v̄tu
tum multiplicitas. Triplica singula ad bea
tam virginē que in omnib⁹ v̄tutes alioz
sanctoz in infinitū excellit. De viola humili
tatis ipsius z de rosa charitatis babes supi
us in corona octaua. Hunc de varietate ve
stum. i. virtutū ipsi⁹ est dicendū Et nota
q̄ quales vestes ipsa habet tales etiā largit̄
seruis suis. Maria igit̄ confert vestē ta
larem p̄ p̄seuerantiā. Gen. xxxvii. Fecit iacob
ioseph filio suo vestē polimitā ettalarē Cā
didam sine admixtione macule mortalis. qz
vestimentū mixtuz sanguine. id est. corpus
mortali peccato fedatū. erit in combustionē
Isa. ix. Ideo d̄ Eccl. ix. Omni tempe vesti
menta tua sint candida. Vel vestimentum
mixtū sanguine. cōuersatio polluta p̄ luxu
riam. Apoc. iij. Ambulabūt mecū in albis.
scz si fuerint in albis. z loquit̄ de illis qui nō
inquinauerūt vestimenta sua. i. corpa p̄ ma
culā peccati mortalis Inconsuētē p̄ inte
gritatē z p̄nitatem p̄uersatōnis exterioris z

intentionis interioris. ne sit dissuta p duplici
 tate vel simulatione vel hypocrisis. exemplo
 tunicæ dñi Jo. xix. Itē Levit. xix. Non inci
 dens carnes vestras neq; figuras aut stig
 mata facietis vobis. Fulgidā p exempluz
 Un Mat. v. Luceat lux ve. zc. ppt̄ h̄ angeli
 apparuerūt in dñica resurrectōe i veste fulgē
 ti Lu. xxiii. Ut postq; surrexeris a peccato.
 fulgeat puerlatio tua alijs p exēplū Odo
 riferā. p fragrantia opinionis Cañ. iij. Odoz
 vestimētoz tuoz zc. Sen. xxvii. Statimq; vt
 sensit vestimēti ei? fragrantia. bñdicēs ait zc
 Tale habeto. si vis bñdici a vō isaac Sb;
 tilē. p discretionē z sui ipsi? discussionē Eze.
 xvi. Induite subtilib;. Calidā p caritatē
 Job. xxxi. Nonne vestimēta tua calida sūt zc
 Hec est vestis quā Hester. i. Maria mittit
 mardocheo. i. penitēti induto sacco. q̄ signi
 ficat timor seruilis cū quo nō intrat i pala
 tium assueri. i. in celū. Hester. iij. Semis
 nā p dilectionē dei z primi. vel ppter cordis
 z corpis castitatē. p quo dat stola gemina.
 Un supra. Domestici ei? zc. Sz pus exuen
 da est vet? puerlatio Zach. iij. Auferte vesti
 mēta sordida ab eo. Itē infra vide. Odiētes
 eā q̄ carnalis est maculatā tunicā. Aliter ei
 nō potest noua puerlatio q̄si noua vestis i
 dui. Si vō vestis bec nō pōt oīno exui. saltē
 sepe p pniām debet lauari Isai. i. Lauamī
 mūdi estote Stragulata q̄ ipsa fuit indu
 ta Prover. xxxi. Stragulata vestē fecit sibi
 zc. Stragula dicitur a stragos qd̄ interpretat tal?
 vel variū scz ppter pseueratiā vel ppt̄ grāriū
 z donoz vlt bonoz opez varietatē. Un stra
 gulata vestis est grā religiose puerlatōis q̄
 pncipaliter p̄sistit in tribus. In p̄nētia mē
 broz. in obediētia mandator. z in tolerātia
 psecutor. Stragulata enī sicut qdam dicūt
 vel volunt dicit quasi triangulata Tres an
 guli sunt animi deuotio. primi cōpassio. et
 carnis mortificatio Al tres anguli. laus dei
 utilitas sui. exemplū primi. p̄mū ad deuz. se
 cundū ad primū. tertū ad seipsum. Vestis
 tus est ergo veste stragulata q̄ tria h̄ intēdit
 in v̄bis z opib; suis. Omnib; istis modis
 vestē stragulata fecit sibi maria Habuit enī
 p̄rietatē donoz z grāz ministratiōnū z ope;

rationū z differētiā virtutū zc.

Sunt duodecima corona beate v̄ginis.

Incipit secūda pars hui? tracta
 tuli scz quales debet esse serui beate
 virginis

Prima stella corone serui b. virginis

Pro de coronis

beate v̄ginis glōse z de earun
 dē stellis. restat nūc assignare
 de p̄rietatib; seruoꝝ suozum
 q̄s nisi habuerim? digne non
 possum? eidē ministrare. Debēt enī q̄ digne
 cupiunt ministrare xp̄o vel matri ei? et ceteris
 sanctis. ipsos q̄ntū possunt in v̄tutibus
 imitari. z saltē a lōge currere in odorib; vn
 gentoz suoz. Cañ. i. qz sicut dicit auctoritas
 venerari sanctos z nō imitari. nihil aliud ē
 qz mendaciter adulari. Gregori? sup illud
 Job. viij. Quis ex vobis arguet me de pec
 cato. Qui deū nesciūt dei famulos false bo
 norant. Vera enī sanctorū veneratio est ver
 ra ipsoꝝ imitatio. Christo siquidē z sanctis
 multo magis placet imitator deuot? qz lau
 dator ociosus. Et v̄a laudatio cordis z oris
 imitatio est operis. Et tunc veri laudatores
 sanctorū existimus. si ea sectemur que z ipsi
 sectati sunt. Hiero. ad virgines ibi. Cogitis
 me o paula zc. Igit̄ dilectissimi amate quā
 colitis z colite quā amatis. quia tunc vere
 eā colitis z amatis si imitari velitis ex toto
 corde quam laudatis. Ut ergo laus et p̄co
 nia in duodecim coronis beate virginis pre
 missis sibi placeant. debēt laudatores z serui
 sui in duodecim virtutibus se exercere. vt sic
 etiā coronā remuneratiōis cū duodeci stel
 lis ornata in celo valeāt pmereri Prima
 igit̄ stella siue virt? serui beate v̄ginis est q̄
 debet esse sobri?. Secūda q̄ debet eē solus si
 ue solitari?. Tertia q̄ mundus. Quarta q̄
 aromaticus. Quinta q̄ deuotus. Sexta q̄
 taciturnus. Septima q̄ feruens. Octaua q̄
 humilis. Nonā q̄ pius. Decima q̄ patient
 Undecima q̄ honestus siue modest?. Du
 odecima q̄ constans et perseuerans

Secunda stella

Prima igitur stella siue virtus serui beate virginis est quod debet esse sobria. quod ut puer. xxix. dicit. Qui delicate nutrit seruum suum. i. corpus. postea sentiet eum contumacem. i. rebellē pro stimulos luxurie. Unde primi parentes post vicium gulae senserunt in paradiso stimulos carnis. unde et fecerunt sibi perizonata. Sen. iij. Bern. In delicijs piculatur castitas. Hiero. Veter et genitalia vicina sunt membra ut ex vicinitate membrorum intelligatur confederatio viciorum. dis. xliij. Quamobrem seruus beate virginis sobria vitam regulariter habeat. ut sic vicij mens et incommodis corporis carere valeat. Et enim Hiero. ad paulinum dicit. Superfluitas cibi diuersos generat morbos et mortiferos. moderata vero refectio egritudines fugat. sensum acumen operatur. sospitatem et hilaritatem procurat. de pse. dis. v. nihil. Quapropter magister Adrianus carthui. in li. de remedijs vtriusque fortune. in partem commendans ita dicit. Buriata amica virtutis est. mollicies vero voluptatis. Quot enim magni viri vltro se voluptati abdicantes hunc quietum victum refugis elegere. quorum multi cum laute vesci potuissent panem et aquam in delicijs habuere. Sed funesta suauitas. ut bestis ac ruina atque titillatio bestialis. in brutum animal hominem pervertit. ac hec familiaritas contracta cum vicij et pueris consuetudo reus pessima. mortalem obtutum perstringit ut decerni nequeat quod decoy sit quod torquet. et quod sedum id quod mulcet. Sed dicitis. Lenuis mihi cibum est. Adaltes igitur ne tumefieri. Lenuitas enim e finibus tuis pellit podagra. capitis dolorem. vertiginem cerebri. vomitum et ructum. nausea et sudorem. tediumque et fastidium tui. pallorem alternum cum rubore. odorem tamen orisque corporis. tibi atque alijs importunum. Adijce quod tollit instabiles pedes manus tremulas. nutans caput. et quod optimum inest. ipsum animum moderabit frenabitque. Quid igitur quod tanta animi et corporis bona pro desiderio gustu quam momentaneo deperdere conuerteris. Hec ille. Unde et Cyprianus. Voluptas carnis blandus demon est. dulce venenum. peccatum suaue mentem eneruans. furas intellectum. Hec ostendit illa viuere cepit vera vita desit. Ad hanc ergo indurandum est animus et ab ea longe abstrahendum. Nullus enim eo contumeli-

os et seuior hostis est. Perstrigit oculos. auferit omnem sensum bonum. cor emollit. effemiat animum. Blanditur ut decipiat latronum more nos amplectat ut stragulet. Hec igiturdana et picula seruus beate virginis diligenter attendat et sobrietatem super omnia seruare discat. quod ut quidam ait. omne altum. omne sanctum. omne salubre. omne virtuosum illi vile est. cui corpus nimis caro est.

Secunda stella siue virtus serui beate virginis est quod debet esse solitarius

Solitarius. Ut enim

seruus beate virginis se castum et mundum a vicij seruare valeat nil aliud restat quam ut solitudinem quietam et cellam diligat. et in ea quantum in eo est continue maneat. sicut et david faciebat quod dicit. Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine. Unde Hiero. ad rusticum monachum. Videtur quod alij sentiunt. Unusquisque enim suo sensu abundat. Adhibi opidum carcer est. et solitudo paradysus. Quid desideramus ubi frequenter. quod de singularitate censemur. Adhuc ses ut pelleret populo iudeorum. xl. annis erudit in beremo Cyprianus. Una igitur placida et fida tranquillitas. vna solida et firma securitas. si quis ab his inquietantis seculi turbibus extracius salutaris portus statione fungatur. ad celum oculos attollat a terris. et ad dei munus admittus ac deo suo mente iam primus. quod quod apud ceteros humanis in rebus sublime ac magnam videtur in sua conscientiam iacere gloriatur. Nihilque appetere iam de seculo potest quod seculo maior est. Hec ille. Tria autem solitarii siue seruus beate virginis precipue debet fugere et contemere. scilicet vinum. delicias et mulieres. Unde glo. super climacum. Fuge fuge quod monachus siue seruus beate virginis es. delicias. vinum et mulieres. quod tibi sunt causa peccati et apostatare faciunt sapientes. Hanc et iustus loth propter ista purificatus est. Vinum igitur sine mensura potatum et mulierum familiaritas et colloquia non solum lacrimas sed exterminant omnem bonum. Hec ibi. Sapientis est igitur segregare se a voluptatibus carnis eleuare animam atque a corpore abducere. Hoc est enim se bonis cognoscere. Que eleuatio et cognitio in solitudine acquiritur. Unde Hiero. ad Paulinum. Si cupis esse quod dicitis monachus. i. solus. quid facis in

vbib⁹ q̄ vtiqz nō sunt soloz habitacula sed
m̄troz zc. Obsecro itaqz te vt multitudinez
hoīm z officia z salutatioēs z diuina velut
q̄soā catbenas fugias voluptatū. Hec ille.

Nullū studiose mēti z seruo brē v̄ginis
tā agruū sicut solitudo. Hāc q̄ cū mulis est
secū nō est. Et q̄ sibi abest p̄teplari neq̄t. Ita
qz p̄teplatiōis loc⁹ est solitudo. Itē in puer
bijs sapientū. Solitudinē q̄rat q̄ vult inno-
centē viuere. Et Quidi⁹. Tu et tibi z nomia
lōge maḡ fuge. Et iuxta Sen. A turba q̄z tū
potes te separa Inuitū enī vt q̄dā dicit re-
ligiose dispositiōis est vt frequētiā hoīm de-
uitates in sequestz corp⁹ z aiaz p̄trabam⁹.
His enī grā a mūdi exordio cōicata exhibi-
ta est in seq̄stro. Sic z seru⁹ beate v̄ginis si
grām dei p̄seq̄ voluerit ab oī cōmertio mū-
danoy p̄ q̄ nos p̄ungeret frequētie hoīm in-
teresse ad imitationē dñi q̄ p̄pter nos se trās-
tulit in desertū se penit⁹ retrabat. Sic abraā
familiaritatē dei cupiēs p̄seq̄ a terra natui-
tatis sue se elōgavit z audire meruit a dño.
Ego de⁹ oīporēs ambula corā me z esto p̄fe-
ctus. ponā qz sed⁹ inter me z te. z multiplica-
bo te vebemēter nimis. Sic moyses dū gre-
gē ad interiora deserti minauit. z portētū ar-
dentis rubi videre meruit. z dñm sibi d̄ celo
loquentē audiuit. Siciacob b̄ndictionē pa-
tris obtinuit p̄ eo q̄ elau egrediētē dñs spre-
uit. ip̄e domi sp̄ mālit. Uñ Sen. xxv. Jacob
vir simplex zc. Sic dñs in deserto ip̄m suuz
pauit mānate q̄d ei defecerat cū ad terraz p̄-
missionis tāqz ad p̄pria puenisset. Sic dñs
Ezech. nūc in campū egredi iubet. nūc iclu-
dere se in medio dom⁹ sue. vt cū eo loquat̄
dñs z ei sp̄m p̄phete infundat. p̄p̄t q̄d dic̄
ps. Quis dabit mibi p̄. sicut co. z vola. z re-
quiescā. Qd̄ tñ desiderū p̄secut⁹ est cū dice-
bat. Factus sum sicut pal. so. in tec. Sed
q̄d de veterib⁹ dicim⁹ q̄b⁹ in figura oīa con-
tingebāt. cū etiā h̄ nostris sanctis i clara lu-
ce euāgelice vitatis legim⁹ euenisse. Hāc i ex-
ordio nostre redēptiōis cū angel⁹ missus es-
set ad beatā v̄ginē intrauit ad eā. Uñ de Ber-
nardū sup̄ missus est. Itē dñs ascēdēs i ce-
lum docuit discipulos suos dicēs. Vos aut̄
sedete in ciuitate zc. Hāc etiā regulā z doctri-

nam seru⁹ brē v̄ginis teneat z in ciuitate hoc
est in secreto z solitudine maneat vt sic ḡtiaz
sp̄s sancti p̄cipere valeat

Tertia stella siue virtus est q̄ sit
mundus

Mundus Debent

m esse mūdi z immaculati fui z laudas-
tores marie. Ip̄a est ei ortus p̄clus-
sus fons signat⁹ Cañ. iij. Nec intrandū est
in ortū floridū z deliciosum pedib⁹ lutulen-
tis. nec aq̄ purissimi fontis sordidis est ma-
nib⁹ hauriēda. Ad agēdū enī de brā v̄gine
nō est nisi mūdo corde z purificatis cogita-
tionib⁹ accedēdū vt cū ea dicere valeat fu-
er⁹. In habitatiōe sc̄tā corā ip̄o. i. filio vel co-
rā ipsa. s. matre ministrari. Sācta ei habitatiō
idē est q̄d mūda a terra eleuata z firma con-
uersatio Qui ei immūdi sunt nō ministrāt
in sc̄tā habitatiōe. s. nec appetēs pl⁹ iusto
terrena nec p̄uersantes i terra. Corā ip̄o vel
ipsa ministrari. Hic nota q̄ttuor. Celeste
desiderū vt añ deū z matrē ei⁹ sit oē desideri-
um nostrū z nostra p̄uersatio in celis. Itē
corā ip̄o. i. simplicit. i. simplici oculo nō faci-
ens iusticiā tuā corā hominib⁹ vt lauderis
ab eis s; nihil aliud q̄ras nisi ip̄m. Itē corā
ip̄o. i. strenue. Dia enī apta sunt oculis ei⁹.
Ip̄o p̄riū est enī oīs serui etiā pigri q̄z diu p̄-
sens est dñs ei⁹ strenue opari. Boen⁹. Q̄da
gna nobis zc. Vel corā ip̄o. i. in beneplacito
ei⁹. Itē corā ip̄o. i. reuerentē corā tāto dño z
tāta dña cū etiā corā dñis terrenis reuerentē
sui sui ministrēt. Ad ministrari b̄n̄liter z libē-
ter. Ad ministrari q̄si mino: statu. ministrare q̄i
minore stare. Auctoritas. Si inuit⁹ pares
seru⁹ es. si libentē minister. Ad ministrare ergo
in p̄nua mētis z corpis mūdicia est in sc̄tā
habitatiōe ministrare Et nota q̄ i his tri-
bus v̄bis tāgunē fere oīa q̄ ministris xp̄i vt
marie sunt necessaria. vt scz ministrēt in mūdi-
cia vel abiectōe voluptatū z p̄ceptū ip̄aluz.
in patia aduersarioz. i. desiderio eternozum
strenue. feruent. simplr. reuerēter. humilit. lib-
ent. p̄seuerāter. Ecce decalog⁹ ministrozū
xp̄i z marie. Itē seruam⁹ matri sicut docet
mur p̄uire filio. Lu. i. Seruam⁹ illi i sancti



Tertia et quarta stelle

tate. i. i. mūdicia. Un̄ mat̄ dicit cū filio. Am̄
bulās in via immaculata h̄. i. discretiue. nō
ali⁹ mibi mīstrabat ad bñplacitū meū. Et
iusticia. vt nō credas te ei dare gr̄uitū s̄ red
dere debitū dicēs. Seru⁹ inutil̄ sum. Coraz
ip̄o nō vt ab hoīb⁹ velim⁹ laudari. Un̄ ad
Col. iij. Nō ad oculū seruiētes. Mathei. vi.
Attēditene iusticiā ve. fa. corā hoīb⁹ zc. In
hoc etiā qd dicit corā ip̄o notat qd boni stāt i
p̄spectu dei sicut helyas dicēs de seip̄o. iij. re
gū. xvij. Quia dñs exercitū añ cui⁹ vultū
stō zc. Mat̄ aut̄ retro. Un̄. Quoniā ponēs
eos dorsum. Et h̄ qz a dño ignorant. Dib⁹
dieb⁹ nostris. i. p̄seuerāter. qz dñs non vult
seruū alteri obligatū. sciēs qd nemo pōt duo
bus dñs s̄uire Mat̄. vi. Nō est futūdu
mūdo. qz seruū suū nō solū nō remunerat s̄
etiā in discessu totalit̄ spoliat Job. i. Nud⁹
egressus Nō diabolo qd quāto affectuosi
us ei fuit. tāto p̄tra talē grau⁹ exacerbat sic
dicit Greg⁹. Nō carni qd de seruitio qd ei
fit nō reddit nisi monerā stercoz Item tri
plex mūdicia seruis marie est necessaria. vi.
delicet carnis. qd est abstinere ab oī immū
dicia exteriori z ab oī actu illicito qd posset fie
ri sciēter z vigilāter. Est aut̄ immūdicia flux⁹
semis qd qz attractu vel tactu viri p̄ter vsū
femine. vel femie p̄ter vsū viri. z hoc restri
cto vocabulo. large aut̄ sūpto vocabulo im
mūdicia cōplectit̄ fornicatiōz. aduteriū. me
chiam. incestū. sodomiticū. peccatū brutale.
z hmōi. De q̄buslibet aut̄ immūdis his mo
dis dicit apl̄s Ephe. v. c. Immūdi regnū dī
nō possidebūt Volūtatis est abstinere ab
oī illicito p̄sensu. Un̄ Eccl̄. xvij. Nō p̄cupi
scēnas tuas nō eas scz eis p̄sentēdo Cor
dis. abstinere ab illicitis cogitatōib⁹ z puer
lis qd sepant a deo Sap. i. Imaginatiōibus
delectatiōib⁹ desiderijs recordatiōib⁹ titilla
tionib⁹ p̄sensib⁹ z hmōi. Quia sicut dicit do
min⁹ Mat̄. v. Qui viderit mu. ad p̄cu. eaz
iā mech. est eā. Ex his igit̄ p̄z qz mūd⁹ debe
at esse seru⁹ br̄e marie v̄ginis vt possit eā di
gne laudare

Quarta stella siue virt⁹ serui bea
te virgīs est qd d̄ esse aromaticus.

Aromatic⁹ per fra

a grantiā bone opionis p̄ exemplū
castitatis pietatis z hūilitatis. qn̄
to enī ip̄a est purior tāto magis fetet ei luxu
riolus. Ip̄a enī cū sit apis fugat̄ fetore. Eccl̄.
v. Breuis in volatilibus apis. Cū sit mater
pietatis magis fetet ei impi⁹ z auar⁹ Cū sit
exēplar hūilitatis pl⁹ displicet ei supb⁹. z sic
de ceteris abominatiōib⁹ vicioz. p̄p̄t̄ hmōi
